

ex

mortalium mala dissoluere: Ultra namque cur
neque gaudio locum esse: Sed per deos im-
mortales quamobrem sententiam non addidi-
sti uti prius uerberibus in eos aduerteret

An quia lex portia uetat: At alie leges item
condemnatis ciuibus non animas eripi sed
exilium permitti iubent. An quia grauius est
uerberari quam necari: Quid autem acerbum aut
minus graue est in homines tanti facinoris
coniunctos: Sin quia leuius est qui conue-
nit in minori negotio legem timere: cum ea
in maiore neglexeris: At quis reprehen-
det quod in patricias. R. p. decretum est: Tem-
pus dies fortuna cuius libido gentibus mo-
deratur: illis merito accidet quicquid eue-
nerit. Ceterum uos. p. c. quid malios sta-
tuatis considerate: omnia mala exempla ex
rebus bonis orta sunt: Sed ubi imperium
ad ignaros (uies aut minus bonos perueit
nouum illud exemplum a dignis & idoneis
ad indignos et non idoneos transferunt: La-
cedemonii deuictis atheniensibus. Triginta
uinos imposuere qui re. pu. eorum tractaret

Et primo pecuniam cepere queque et omnibus in